

ne l. bona autem 3. §. 8. ff. de Honor. possess. ex-
cusatione tutorum l. excusari 25. ff. de Excusat.
tut. Aliquando, si levioris sint momenti, tra-
stantur coram Judice, pro tribunali non se-
dente, sed stante de plano, aut extra sellam
judiciariam, ubi per solum libellum & ejus
subscriptionem negotium terminatur, uti fit
in interruptione Præscriptionis. l. scire oportet
13. §. 10. ff. eod. D. Huberus ad tit. ff. de
Judic. n. 34. Clariss. D. Herz de Magistratu
lib. 2. cap. 1. tit. 2. p. 1. n. 12. Igitur, quan-
do in processu summario Judex dicitur de

plano procedere, dicere volumus, omitti
apparatum & solennitates judiciarias, alio-
quin in processu pleno & solenni adhiben-
das. Qua de re in Ordinatione provinciali
Salisburg. von dem Civil-Process cautum est,
ut in præsentia partium aut earum procura-
torum negotium oretendus disceptetur, au-
ditâ actoris intentione, & rei responsione,
factâque replicâ & duplicâ; atque post re-
plicam causa habeatur pro conclusa, & sen-
tentia pronuntietur, ac, quod hinc inde actum
fuerit, protocollo inseratur.

QUÆSTIO II.

Quid sit Processus executivus?

Speciem Judicii summarii frequentiore
Huberus d. l. num. 36. assignat Judicium
seu Processum executivum. Potest nempe
ipsum Judicium summarium dividi, quod aliud
sit in specie tale, de quo antea; aliud execu-
tivum, quod locum habet, quoties actor
ex instrumento liquido seu guarentigato
(ex quo nimirum statim liquet, quis, cui,
quale, quantum, & ex qua causa debeat)
ad executionem mox faciendam concludit.
Petit enim citationem debitoris, ut manum

suam agnoscat, vel inficietur; & si agno-
scat in Judicio, parata est provisio, quâ con-
demnatur reus ad numerandam in judicio pe-
cuniam, quam accipit actor, præstitâ cautio-
ne de restituendo, si contra judicatum fue-
rit, fortè quod reus excipiat contra causam
debiti, de qua exceptione in processu ordi-
nario disceptatur; sicuti etiam fit, si reus
manum suam diffiteatur. Et hic proce-
dendi modus saltem in terris Saxonici Juris
obstat.

QUÆSTIO III.

Quid sentiendum de Judicio preparatorio & principali?

Adstruit id Huberus cit. l. n. 31. ac præ-
paratorium vocat, quod viam sternit ad
aliud & gravius; principale, ad quod via sic
sternitur. Favetque illi Jus nostrum in
actione ad exhibendum, quâ quis petit, rem
prius exhiberi, ut deinde, cum oculis fuerit
subiecta, sciat, utrum ad se pertineat l. hæc
actio 1. & seq. ff. ad Exhib. in interdicto de ta-

bulis exhibendis, quod petitur exhibitio testa-
ment, ut petitioni legati pandatur jñua
l. ad legatum 62. ff. de Procurat. in interdicto
de liberis exhibendis, ex quo pater liberos
sibi exhiberi desiderat, quatenus, si ab aliis
inviti detineantur, ad jus suæ potestatis
revocentur l. deinde 3. §. 1. ff. de Liber. exhib.
band.

CAPUT II.

De Personis, ad Judicium concurrentibus.

SUMMARIUM.

1. & seqq. Multiplici distinctione ostenditur, an
& qualiter minor possit esse Judex Notionalis.
4. Episcopus non potest esse Judex in can-
sa sua privata. 5. & seq. Licet spoliatores
censurâ possit coercere. 7. Neque Judex esse
potest in causa Ecclesie, in qua principaliter
agitur de interesse Episcopi. 8. & seqq. Sin
verò agatur principaliter de interesse Ecclesie,
& in consequentiam de commodo notabilis Epi-
scopi, Judicium agere, sed recusari valet. 11.
& seqq. Secus si commodum illud non sit no-

tabile. 14. & seq. Vicarius neque judi-
care in causa, in qua Episcopus judicandâ
facultate destituitur. 16. Etsi aliud de
consuetudine receptum dicatur. 17. Ubi
verò Episcopus recusari tantum potest, Vi-
carius non rectè recusatur, sed tantum
accipit adjumentum. 18. & seqq. Describi-
tur Juris peritia, in Advocato requisita. 21.
& seqq. Varia procuratorum genera & munia
referuntur. 24. & seq. Earum prerogative
in Curia Romana.



QUÆSTIO I.

An Minor possit esse Judex?

De Minore, an & quatenus possit esse Ju-
dex Jurisdictionalis? Actum in lib. 1.
tract. 5. cap. 1. à num. 123. An verò & qua-
tenus possit esse Judex Notionalis? Cum
Clariss. D. Herz de Magistratu d. lib. 2. cap. 1.
tit. 2. p. 1. num. 20. ita discurrere poterimus,
ut, si annum vigesimum impleverit, possit
& debeat etiam invitus esse Judex per l. cum

lege 41. ff. de Recept. qui arbitr. & si saltem
decimum octavum annum exegerit, possit,
non verò debeat, esse Judex, partibus con-
sentientibus cap. cum vigesimum 41. de Offic.
Jud. deleg. Sin infra hunc annum
constat, à nemine, quàm Supremo Prin-
cipe, rectè detur d. cap. & l. quidam 57. ff.
de Re Judic.

QUÆSTIO II.

An Episcopus possit esse Judex in causa suæ Ecclesie?

Non loquimur hic de causa privata, Epi-
scopum concernente, ut puta, si aga-
tur de hereditate, legato, donatione &c.
nec enim magis in causa sua propria judicare
potest, quàm alius quisque, Summo Prin-
cipe inferior. Vid. dicta in lib. 1. tract. 5.
cap. 1. à num. 149. Eminentiss. D. Cardinalis
Petra ad Constitut. Apostol. rom. 1. pag. 186.
num. 94. Quamquam, si Episcopus, vel
alius Prælati, habens Jurisdictionem Eccle-
siasticam subalternam cum mero imperio
spirituali, invadatur ab aliquo, aut bonis
etiam patrimonialibus spoliatur, possit con-
tra invadentem aut spoliatorem per censuras
extrajudicialiter procedere cap. dilecto 6. de Sent.
excommunicat. in 6. quia, sicuti cuicumque
privato licitum est, armis temporalibus tue-
ri bona propria contra invasores; ita hoc
ipsum Prælati Ecclesiastico, in defectum
armorum materialium, permittitur facere
gladio spirituali. Quod etiam respexit Leo IX.
in sua constitutione, quæ incipit: quia aucto-
re, editâ annò 1051. & illustratâ à cit. Emi-
nentiss. Petra d. rom. 1. à pag. 157. Loqui-
mur igitur de causa, concernente Ecclesiam,
in qua distinguendum est, an agatur princi-
paliter de interesse Episcopi, an ipsius Eccle-
siae. Si agatur principaliter de interesse
Episcopi, veluti de fructibus & redditibus, ad
mensam Episcopi per se spectantibus, Episco-
pus in hac causa, tanquam verè sua propria,
nequit esse Judex per cap. viduum 29. II. q. 6.
ibi: & palam est, eam propriam esse causam,
cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo
nomine pertinet &c. qua de causa, si Episcopus
(sui etiam Capituli aecedente consensu) mensa
sua vel ipsi Capitulo aliquam auxerit Ecclesiam
uniendam, hoc irritum esse doceritur & inane,
contraria quavis consuetudine non obstante juxta
Clem. ult. de Reb. Eccles. non alienand. Rota Ro-
man. in rec. p. 15. decis. 122. n. 20. Card. de
Luca de Jurisd. disc. 47. n. 10. Card. Petra

d. rom. 1. pag. 188. n. 121. Si agatur prin-
cipaliter de interesse seu commodo Ecclesie,
& consecutivè de utilitate Episcopi, refert,
an interesse seu commodum illud sit valde
propinquum & considerabile, vel remotum
& inconsiderabile. Si primum; Episcopus
quidem absolute potest esse Judex, sed op-
positâ exceptione suspicionis reculari arg. cap.
si quis 16. II. q. 7. & cap. insinuans 25. de Off.
Jud. deleg. Rota in cit. dec. 122. n. 21. Un-
de, si agatur de bonis emphyteuticis Eccle-
siae, quorum utilitas pertinet ad Episcopum,
vitâ durante, sicque ipsius emolumentum
considerabile concurrat, potest recusari. Rota
coram Cerro dec. 195. n. 6. Petra d. l. pag. 188.
num. 115. Idem est, si agatur de bonis
mensæ, & impugnetur dominium Ecclesie.
Rota coram Bichio dec. 322. n. 1. & seq. Pe-
tra pag. 189. n. 125. Card. de Luca de Fu-
risdict. cit. disc. 47. n. 13. & de Judic. disc. 3.
n. 56. & seqq. Si secundum; Episcopus
reculari nequit: non enim tam facile licet
præsumere, quod Episcopus ob modicum &
remotum commodum ex affectu sinistro ju-
dicaturus sit. Card. Petra pag. 187. n. 109.
& seq. ubi exemplum dat de causa beneficia-
li, inter compatorum & promotorem fi-
scalem, contendentem de libertate benefi-
cii, in qua, cum interesse primarium sit Ec-
clesie, quæ non debet pati servitutem in
beneficiis, & interesse Episcopi quoad illius
liberam collationem sit valde remotum, nul-
lâque consideratione dignum, utpote dum
evenire potest, ut, vivente Episcopo, benefi-
cium nunquam vacet, aut vacet solum in
mense reservato, Episcopus Judicem agere
non prohibetur. Card. de Luca de Jurisd.
d. disc. 47. n. 9. & de Judic. d. disc. 3. n. 59.
qui etiam disc. 85. n. 10. de Jurisdic. aliud
exemplum affert in Judicibus Cameralibus,
qui, licet participant de confiscatione bono-
rum, remanent tamen Judices.



QUÆSTIO III.

An Vicarius Generalis possit esse Judex in causa Episcopi vel Ecclesie?

14 Plenâ manu hanc disceptationem profectur Eminentiss. Card. Petra cit. 10. 1. pag. 191. & seqq. à num. 138. Ego, breviori stylo procedens, distinguo, an sit causa propria ipsius Episcopi vel etiam Ecclesie, in qua principaliter agitur de commodo Episcopi, ita ut ipse judicare non valeat; an verò causa sit talis, in qua ex num. 8. Episcopus judicandi facultatem habet, sed regulari potest. In priori hypothese Vicarius æquè judicandi potestate destituitur, atque Episcopus: sicut enim in causa verè propria, exceptò Summò Principe, nemini competit Jurisdicção; ita nec competit Vicario, qui totam Jurisdicçãoem mutuat ab Episcopo.

15 test. In priori hypothese Vicarius æquè judicandi potestate destituitur, atque Episcopus: sicut enim in causa verè propria, exceptò Summò Principe, nemini competit Jurisdicção; ita nec competit Vicario, qui totam Jurisdicçãoem mutuat ab Episcopo. 16 Et si consuetudo in omnibus ferè diocesis, testibus duobus Cardinalibus de Luca disc. 47. de Jurisdicção. num. 21. & Vincentio Petra d. tom. 1. pag. 192. n. 147. invaluisse videatur, quòd Vicarius, tanquam consecutus Jurisdicçãoem ex ipsa consuetudine (quam etiam probat Fagnanus ad cap. nòssi de Elect. à n. 24.) possit jus dicere. In altera hypothese non videtur equidem obstarè Vicario illa affectionis suspicção, quæ militat contra Episcopum: nihilominus sanctæ mem. Gregorius XIII. ad instantiam Cardinalis Borromæi Archi-Episcopi Mediolanensis, præviò S. Congregationis Concilii votò, ordinasse fertur, ut in casu suspiccionis Vicario Generali daretur adjunctus, partibus non suspectus, ab Episcopo eligendus. Fagnan. ad d. cap. nòssi de Elect. n. 21.

QUÆSTIO IV.

Qualis Juris peritia requiratur in Advocato?

18 Hanc egregiè delineat Huberus ad tit. ff. de Postulando n. 14. & seqq. nec tantùm peritiam Juris theoreticam, desiderat, sed maximè practicam, quam in duobus consistere docet, videlicet in more procedendi, & arte formularum, vulgò stylo curiæ. Ad vocatus siquidem, ait Huberus, statim ab ingressu Curie hanc facultatem acquirere debet, assiduus apud tribunal, audire, legere, quod probatissimi patroni scribunt, dicunt; sectari unum aliquem, huic se præ-

bere, nec, quo inserviat, recusare; cùm, que nihil ad dicendum, quàm agere, sit efficacius, & ipsi causæ non statim affluant, danda est opera, ut substitutionibus (non promiscuis, ne vilescat, verùm ejus potissimùm, cui se formandum tradiderit) facultatem agendi, dicendi, scribendi, acquirat. In omnibus claritatem, & brevitatem studiosè affectet, nec quàm multa, sed quàm bona proferat, animad-

QUÆSTIO V.

Quale sit munus Procuratoris?

21 Descriptum id reperitur in hoc cap. cor. sect. 4. Ut tamen aliquid de procuratoribus in Curia Romana decerpamus, non pigebit, ex Eminentiss. Petra tom. 4. pag. 129. 22 n. 6. & seqq. sequentia depromere. Ab infima specie procurantium initium sumendò, sollicitatores dicuntur, qui ut se in judicialibus instruant, sub ordinatione proveci procuratoris causas sollicitant, mechanicè incumbendo fori actibus explendis, & in ordinatoriis Judicii, aliisque manualibus, ut est spoliùm processus, compositio summarii, protestationes, citationes, intimaciones, subscriptiones dubiorum, distributiones informationum, quæ quidem potius pertinere videntur ad servitium causarum, quàm ad patrocinium; unde neque postulantes, neque causarum patroni hujusmodi sollicitatores dici mereantur. Procuratorum autem, qui Patroni causarum dicuntur, officium reverà versatur in causis agendis & defendendis, dum eorundem partes sunt, libellos sive commissio-

nes efformare, articulos componere, ex processibus motiva facti juris conclusionibus munire & firmare, in quorum corroboracionem Advocatorum studium superaddi solet. Profectò in Romana Curia adeò excellenter Procuratores, qui re sunt tales, munus suum exercent, ut Advocatis externarum Curiarum nedum exæquentur, sed meritò præcedere debeant, ut commemorat Card. de Luca in Relat. Rom. Cur. disc. 46. n. 98. Quin imò in Urbe ut plurimùm sunt eximie probitatis, & curare debent, prout agunt, suum munus non excedere, nimis se extendendò, & immorandò in iis, quæ Juris sunt, Advocatorum provinciam usurpandò, ut idem Card. de Luca l. c. advertit; quod si secus fiat, potissimè in Sacra Rota, solitò, quò ardet justitiæ zelò, non dissimulatur: quippe insinuare oretendùs, vel in scriptis præcipere solet, ut potius in facti circumstantiis procuratores se extendant, & juxta causæ exigentiam in Jure scribat Advocatus. Ita ferè Card. Petra.

CA-



CAPUT III.

De Foro competente.

SUMMARIA.

1. Mulier, conjuncta viro, ejus forum sequitur. 2. Ab ipso auctoritate Ecclesie separata gaudet foro proprio. 3. Nisi velit uti privilegiatò mariti foro. 4. Separata auctoritate privata non mutat forum mariti. 5. Actiones mixtae quoniam sint? 6. & 7. In quo foro instituenda? 8. & seqq. Arrestum & forum, in eo fundatum, Juri communi est incognitum. 11. Describitur. 12. Est remedium extraordinarium. 13. Consideranda, antequàm decernatur. 14. & seqq. Judicis in hoc officium. 17. Arrestum impetrans est actor. 18. Cujus res arrestantur, subit personam rei. 19. Effectus arresti. 20. & seqq. Sententia nostra, qua consuetudinem in actionibus realibus quoad forum saculare improbavimus, explica-

sur, & contra oblocutores defenditur. 24. Defenditur tamen observantia temporis immemoralis ex Juri optima præsumptione. 25. & seqq. Ostenditur discrimen inter observantiam interpretativam & consuetudinem seu prescriptionem. 29. An requiratur sententia declaratoria, ut Clericus ex delicto fori privilegiatus amittat? 30. & seqq. Recitantur verba Ranbeckii. 33. & seqq. Ejus opinio cum nostra concordatur. 37. & seqq. Ampliatur etiam ad casum criminis vocorù. 39. & seqq. Ut forum ex l. diffamari locum habeat, prærequiritur diffamatio injusta. 41. Nec sufficit diffamatio procuratoris sine mandato; vel 42. Tutoris aut curatoris. 43. & seqq. Nec possunt tunc alie actiones cumulari.

QUÆSTIO I.

An Mulier, à viro separata, habeat forum proprium?

1 Quid mulier, viro conjuncta, ejus forum sequatur, constat ex l. exigere 65. ff. de Judic. l. ult. Cod. de Incol. At, cùm à viro separata fuerit, interest, an judicio Ecclesie facta sit separatio, an auctoritate & attentione privata. Si primùm; habet forum proprium, potestque in suo domicilio, ubi degit, conveniri: quippe cùm, sicut mariti communionem non amplius gaudet, ita nec fori communionem potiat. Et licet, mortuò conjuge, vidua illius forum retinere dicatur in l. filii 22. §. 1. ff. ad Municip. id tamen intelligendum esse arbitror de foro privilegiatò, cujus uxor, si velit, digna est, quando fidelitatem marito usque ad

tumulum servavit. Si secundum; putat Huberus ad tit. ff. de Judic. num. 45. quòd uxor propria & privata voluntate non possit mutare forum & domicilium; refertque casum, à suprema Frisiorum Curia decisum, quò matrona nobilis, ære alienò gravata, discedens à viro, in agro habitante, debebat Leovardie in urbe: factò siquidem concursu creditorum, & quibus aliqui suas obligationes actis publicis in civitate inferri curaverant, alii in agro, isti illis, licet tempore quoad insinuationem prioribus, fuerunt prælati, utpotè qui dicebant, urbanas registrationes esse nullas, tanquam non factas in loco domicilii, quod esset mariti.

QUÆSTIO II.

Quo in foro instituenda sint actiones mixtae?

5 Actiones mixtas hic vocamus, non quæ partim reales & partim sunt personales: has enim non dari, satis alibi probatum est; sed quæ vulgò sic dicuntur, in quibus uterque est actor, uti v. g. est actio finium regundorum, familiaræ herciscundæ, communi dividundo. De his ita statuit Huberus cit. l. n. 51. posse illas utròque loco, domicilii & rei sitæ, moveri; verùm, si faciendæ

sint adjudicationes, manumque divisio sit regenda, partes ad Judicem loci remittendas esse, res ipsa loquitur: adeòque magis est, ut hæ actiones ad locum sitûs pertineant, vehementius quàm in rem actiones ipsæ: quia vindicatio facilius alio in loco; quàm divisio partiumque diversarum assignatio fieri & administrari potest. Simile quid habetur in l. quod legatum 38. ff. de Judic.

QUÆSTIO III.

Quid sit forum Arresti?

6 Non magis vocabulum arresti, quàm forum, ex eo fundatum, Juri Communi notum est: nam, ut Huberus post tit. ff. de in

Jus voc. num. 1. opinatur, arrestum suum etymon trahit à verbo Gallico resser, quod idem est, ac remanere, & junctâ unâ syllabâ

- bâ dictum *arrestet*, id est, *facere ut remaneat*.
 9 Forum autem, quod hodie per arrestum fundari perhibetur, saltem universaliter ex Legibus scriptis defendi nequit: nam, ut creditores possint sistere & detinere suos debitores, peregrinos vel advenas, in patria sua inventos, quamvis nulla subsit necessitas vel fugæ periculum; item ut debitorum res, jura, vel pecuniæ in alieno territorio Judicis imperio possint detineri, ac debitores illuc venire ac respondere vel satisfacere cogantur, hæc Romanis Legibus incognita exorbitatio est, ait Huberus *cit. l. n. 4.*
 10 Itaque arrestum, indeque descendens forum, longâ consuetudine in orbem invecum est, cujus indolem describit Clariss. D. Herz de Magistratu lib. 2. cap. 1. tit. 2. p. 2. n. 136. quod sit remedium extraordinarium, quod quis autoritate seu mandatâ Magistratus personam vel res sui debitoris ex causa iusta certò locò tamdiu detinet, donec ipsi debiti nomine satisfactum fuerit. Hòc ipsò verò, quod sit remedium extraordinarium, contra Juris Regulas introductum, ac cum aliquali infamia, saltem si persona arrestetur, conjunctum, non debet aliter decerni arrestum, quàm si cætera media, juvandi creditores, omnia deficient. D. Herz d. l. n. 137.
 11 Considerabit etiam Judex, antequàm ad arrestum deveniatur, primò an ipsi arrestandi sit potestas; secundò an iusta arrestum petendi causa; tertio qualis sit persona petens; quartò qualis persona aut res arrestanda; quinto quod debitum, ob quod arrestatio fieri debeat; sexto an iusto tempore;

QUÆSTIO IV.

Utrum actio realis contra personas Ecclesiasticas possit institui in foro Seculari?

- 20 Negantem sententiam non solum defendi in hoc cap. à num. 131. sed etiam consuetudinem contrariam impugnari; simul ostendendò, per ea, quæ ad illius comprobationem tradit P. Melchior Friderich de Foro compet. p. 3. n. 281. consuetudinem hanc potius destrui, quàm salvari: ex una siquidem parte sit. Author in n. 230. docuerat, privilegium fori Clericalis ob defectum consensûs Pontificii nullâ consuetudine subverti posse: ex altera parte in d. num. 281. eam non improbandam dixit, si approbata sit à Summis Pontificibus, etiam solum tacite, si nempe Pontifices sciant, illam dari, & reclamare valentes non reclamant: quam loquendi methodum sicuti ambiguam judicavi, sic etiamnum judico: quippe cum valde ambiguus etiamnum hæream, an P. Friderich consuetudinem illam positive defendat, aut potius ipsemet dubitet, ex quo iudicium Summæ Sedi relinquit. Jam cuius æquo rerum censori pronum erit iudicare, num allegatum P. Friderich hæc meâ reflexione (cui

septimò an iusto locò imponatur; octavò an ritè petatur. Considerabit, inquam, singulas has circumstantias providus & circumspectus Judex, uti monet David Mevius de Arrest. cap. 4. num. 10. & num. 11. concludit, quòd, si hæc omnia adsint, Judex teneatur arrestum imponere, ne denegatæ vel protractæ justitiæ reum se faciat. At, ubi ex summaria inquisitione advertit, arrestum non rectè peti, nec salvò jure & ratione posse decerni, abstineat (verba sunt citati Mevii num. 12.) ab impositione Judex, quæ non nisi Judici & parvi molestiam & damnum inferre potest. Errant (pergit hic Author num. seq.) & peccant Judices, qui sub initio iniqui arrestatoris desideris potius gratificantur cum arrestandi injuria, quàm ut Jus observandò velint inter alienas injustas libidines cum innocentia malè traduci: cum tamen & gratiæ locò à parte, cui consulere volunt, tandem consequantur imperitiæ exprobrationem, ab altera ad pœnam infestentur, conscientia & opinionis lux nunquam securi. Hæc & plura Mevius n. 13. & seqq.
 Porro, qui arrestum impetrat, sicuti actoris, sui que crediti liquidationem Judici facere obstringitur. Ille, cujus res arrestò detinetur, sustinet personam rei, & si absens sit, arresti impositio cum citatione ipsi significatur. Quòd si compareat, & satisfactat, aut de iudicio sili ac iudicatum solvi idoneè caveat, arrestum relaxatur; si emanat, impetranti ex bonis, arresto subjectis, causâ ritè cognitâ, Judex satisfacit. Clariss. D. Herz d. l. n. 140.

Cardinale de Luca, qui universim quoad materiam Jurisdictionis & immunitatis Ecclesiasticæ in Miscellan. Ecclesiast. dist. 2. num. 41. valde appositè scribit, quòd scilicet diurnæ observantiæ nimium deferendum sit, quoties de ejus vitiosa causa non constet: quamvis enim, ut differit ille, ex magis communi Canonistarum ac Moralium sensu, per S. Congregationem receptò, in hac materia non admittatur præscriptio; attamen, ubi immemoralis vel centenaria accedat observantia, de cujus initio vitioso non constet, nimium operativa videtur pro illa facultate, quæ possessori tribuitur, allegandi indulgenti Apostolico, vel quemcumque alium titulum de mundo meliorem; ubi verò facultas non intret, quia nempe minoris temporis observantia sit, vel quòd immemoralis aut centenariæ requisita non bene conclusa rema-

neant, adhuc tamen, ubi de isto vel confirmabili dubio casu agatur, eadem observantia non in ratione præscriptiva, sed in altera interpretativa, nimium attendenda videtur. Hæc Card. de Luca d. num. 41. & parilis in n. 43. Imò in dist. 7. num. 19. ulterius declarat, & aliud est, ait, considerare observantiam in ratione præscriptiva, & ad hunc effectum bene dicitur, quòd per Bullam Cœnzæ interrumpatur; aliud verò in ratione interpretativa seu probativa, vel administrativa; & ad hunc effectum dicta propositio profus incongrua & extranea est: quoniam non est ratione possessionis & observantiæ aliquod jus quærere, sed solum per illam comprobare illud jus vel dominium, quòd ex alio legitimo titulo competat, juxta pluries insinuatam distinctionem in foro quotidianam inter observantiam præscriptivam & interpretativam.

QUÆSTIO V.

An Clericus, qui ex delicto ipsò Jure amittit privilegium fori, absque ulla alia sententia subjaceat foro Seculari?

- 29 Recensuimus hos casus, in quibus ob delictum Clerici privilegium fori amittunt in lib. 3. tit. 1. p. 1. cap. 1. n. 185. & seqq. subjunctâ deinde in num. 189. conclusionè, quòd, ut actu amittant id privilegium, requiratur saltem sententia, criminis aut incorrigibilitatis declaratoria.
 30 In contrarium citari video P. Ægidium Ranbeck in Panoplia Immunit. Eccles. ubi in dist. 2. cap. 6. except. 2. num. 1. dicit, quòd Clericus, qui ter monitus etiamnum se non emendat, & ita pro incorrigibili habetur, privilegium fori amittat, possitque ex tunc coerceri à Juce Laico per expressum textum in cap. cum non ab homine de Jure. & in num. 4. quòd autem, inquit, satis multi tenent per cap. novimus de P. S. cap. degradatio de Penis in 6. cap. falsariorum de Crimine falsi, ad hoc, ut exercere suam potestatem in Clericum enormiter peccantem Judex Laicus possit, præcedere debere formalem Clerici traditionem, Curia seculari faciendam, vel non nisi præmissâ degradatione, procedere dicimus in casibus, de Jure speciatim expressis, & ubi sumus extra vitium incorrigibilitatis, de quo cap. cum non ab homine eò modò, quò diximus, disponit: nam propter nimiam criminis enormitatem evenire potest, ut Clericus aliquando etiam non incorrigibilis potestati & Curia laicali puniendus mox subijci debeat.
 31 At sanè P. Ranbeck neque in cit. neque alio in loco unquam excludit sententiam declaratoriam; quin potius in except. 3. n. 10. & seq. pag. m. 134. expressè docet, quòd, licet Clericus ob crimen assassini ipsò factò perdat Clericalia privilegia juxta cap. pro humani 1. de Homicid. in 6. attamen non possit contra ipsum à Juce Seculari procedi, nisi P. Schmier Supplem. Jurispr. Canonico-Civ.

à Juce Ecclesiastico sententia super assassini crimine fuerit pronuntiata. Insuper in allegat. loc. loquitur juxta sensum & mentem d. cap. cum non ab homine 10. de Jure. cujus hæc sunt verba: quòd, si Clericus, in quocumque Ordine constitutus, in furto, vel homicidio, vel perjurio seu alio crimine fuerit deprehensus legitime atque convictus, ab Ecclesiastico Juce deponendus est. Qui si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet: deinde contumaciâ crescente anathematis mucrone feriri: postmodum verò, si in profundum veniens contempserit, cum Ecclesia non habeat ultra, quid faciat, ne possit ultra esse perditio plurimorum, per secularem comprimendus est potestatem, ita quòd ei depreetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur. Ita que in hoc textu Clericus sceleratus in primis per sententiam condemnatoriam deponitur. Deinde, quando incorrigibilis invenitur, fertur sententia excommunicationis. Demum, crescente contumaciâ, anathemate perstringitur, id est, ut explicat Ranbeck d. except. 2. num. 3. pag. m. 129. per anathematis mucronem decernitur execratio rescissiva à corpore Statûs Ecclesiastici, quæ non amplius est medicinalis, sicuti præcedens excommunicatio, sed merè pœnalis ob contumaciam & evidentem incorrigibilitatem, jam antea cognitam. Ergo non una duataxat, sed triplex sententia, & quidem super ipsa incorrigibilitate, prærequiritur, antequàm Clericus Seculari Juce & Juce traditus aut relictus esse censeatur. Sicque P. Ranbeck nil aliud intendit, quàm post triplicem hanc sententiam, quâ Clericus jam depositus & incorrigibilis declaratus est, non esse expectandam ulteriorem sententiam, quâ ulterior incorrigibilitas declaratur.

Neque dicas, saltem in casu notorio non opus